

IOANNES FORSTERVS THEOLOGVS VVITEBERGENSIS.



Ioannes natus est Augustæ Vindelicorum Anno 1495. Is cum prima literarum rudimenta in patria feliciter percepisset, se se ad uarias Academias contulit, atq; artibus & linguis præclaram operam nauauit. In primis uero Hebraicæ lingue incubuit, & eius usum sibi familiarem reddidit. Postea Vuitebergam ueniens, Lutheru præceptore, S. Theologiae operā dedit, & in ea adeo profecit, ut S. Theologiae Doctor crearetur. Cum etiam Hebraicę linguę esset peritissimus, in ea academia eius lingua ordinarius professor constitutus fuit. Eam professionem is summa laude obiuit, atq; etiam iustū sanctae linguae Dictionarium publicauit. Accedebat & uitæ integritas, & religionis amor. Itaq; sua eruditione & pietate eam schoolam plurimū anno circiter 1550 exornauit, atque omnibus charus extitit. Anonim.